



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 11. Jacobi Pamelii decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. Iusl V., Pius IV., Pius V., Gregorius XIII.
A.C. 1587 & Sixtus V., sub cuius Pontificatu Sa-
 vellius Mensis Decembri Anno Christi
 millefimo quingentesimo octogesimo se-
 ptimo supremum diem clausit, sepul-
 tusque fuit in jesuitarum Ecclesia, qui-
 bus in vita sua summopere addic-
 erat.

§. XI.

Jacobi Pamelii decessus.

*Valer. An-
 dre Bibl.
 Belg. le Mir-
 eolog. Belg.
 p. 19.
 Thru. 1. 88.*

Hoc item anno ex Scriptoribus Eccle-
 siasticis nonnulli vivis valedice-
 bant, atque inter eos primus erat Jacobus
 Pamelius ex nobili Pameliorum Oude-
 nardorum familia ortum trahens, ejus-
 que Pater fuit Adolphus apud Caro-
 lum V. Imperatorem secretioris consilii
 Senator: Jacobus vero Filius die de-
 cima quinta Maji Brugis anno a Chri-
 sti Nativitate millesimo quingentesimo
 trigesimo sexto natus inter scientias Lo-
 vanii, & Parisiis adoleverat, ubi tam
 in Theologia, quam arte critica per-
 celebrem sese reddidit, ac Lovanium re-
 versus, primoque Doctoratus honore
 insignitus suorum parentum cura in Ec-
 clesia sancti Donatiani Brugis Canoni-
 catum adeptus est, ibique etiam locu-
 pletem sibi comparabat Bibliothecam,
 ut illius ope sanctorum Patrum opera
 elaborare posset: verum ob bellorum
 civilem

civilium turbas Audomaropolin sece- sæcul. XVI.
A.C. 1587.
dere compulsus ab ejusdem Urbis Epi-
scopo Archidiaconus, & paulo post a
Philippo II. Hispaniæ Rege Trajecti ad
sanctum Salvatorem Præpositus, ac
denique Audomaropolitanus Antistes
renuntiabatur, cuius tamen sedis pos-
sessionem adire mortis invidia præpedie-
batur, nam apud Hannoniæ Montes
mense Septembri hoc anno in itinere
vitam clausit nonnisi quinquaginta duos
annos natus. Corpus ejus in Ecclesia
sanctæ Valtrudis, ubi Canonissæ de-
gunt, terræ mandabatur.

Ceterum hæc ingenii sui monumen-
ta posteris reliquerat I. Duos Libros de
Liturgia Latinorum. II. Observationes
Ecclesiasticas. III. Catalogum vete-
rum commentariorum in omnes sacræ
Scripturæ libros. IV. Brevem sermo-
nen ad Belgij Ordines, quo diversas
sectas in una Republica haud tolerandas
esse demonstratum ibat. V. Tracta-
tum Cassiodori de Nominibus Divinis.
VI. Opera Tertuliani, & sancti Cypria-
ni unacum prolixis adnotationibus, in
quibus plures disciplinæ, & dogma-
tum quæstiones dissolvit: novam insu-
per parabat editionem operum Rabba-
ni, verum mors ei calamum excusse-
rat, licet hæc eadem ipsius sit editio,
quæ postea unacum ejusdem Auctoris

li 4

com-

Sæcn. XVI. commentariis in Judith, & epistolam
A.C. 1587. ad Hebræos Coloniensibus literis excu-
sa prodiit.

§. XII.

Franciscus Forerius vita funditus.

*Erhard de
Script. Ord.
Fræd. sat.
t. 2. p. 261.*

Alius quidam Scriptor nomine Fran-
ciscus Forerius Ulyssiponensis ex
Ordine Fratrum Prædicatorum hoc an-
no die decima Januarii mortalitatem
exuit. Hic non modo sub Angeli Ca-
ninii Magisterio plenam Hebraici idio-
matis cognitionem acquisivit, sed etiam
latinæ, græcæque linguae peritia ex-
celluit, atque a Joanne III. Lusitanæ
Rege Parisios studiorum caussa missus,
inde redux Cratensem Priorem literis
imbuere jubebatur, demum vero ejus-
dem Regis Theologus ad Tridentinam
Synodum decretus, ibidem prima Ad-
ventus dominica die Anno Incarnatio-
nis Dominicæ millesimo quingentesimo
sexagesimo secundo sermonem typis po-
stea impressum habuit, porro jam aliun-
de suorum sermonum eloquentia tan-
tam sibi comparavit famam, ut a Syno-
di Patribus semel quavis hebdomada in
ipsorum præsentia concessionem habere ro-
garetur, atque ab illis saepius Romam de-
cerneretur, quatenus circa Synodi ne-
gotia cum Pontifice conferret: eo autem
tempore, quo Venetiis morabatur, ex
hebraico